

35 iudicum in concilii plena congregacione cum protestacione.<sup>7)</sup> Quoniam ex novis  
instruccionibus nullitas processuum manifestata extitit<sup>8)</sup>, et sic premittendo pro-  
testacionem nullitatis et ex causis rationabilibus antè reintrusionis diem<sup>9)</sup> procu-  
rator cleri iterum appellavit<sup>10)</sup>, protestando se sepe iudices petivisse et quod  
40 de nullitate instructus esset clerus et eciam periculum corporum et rerum eum stimu-  
laret et artaret ad amplius non servare interdictum et, si contingeret non servare,  
quod hoc non fieret in vilipendium et contemptum censurarum, quas nullas credit,  
sed ob earum nullitatem, et innitendo appellacionibus interpositis, si ita contingat,  
se divinis cum dei timore inmiscabit. Iterum petiti sunt iudices appellacionis et  
nullitatis.

45 Cum ergo rationi et iuri consonum videatur, ut hec supplicacio admittatur et oppres-  
sis per gratiam et iuris remedia subveniatur, supplicatur devotissime congruo remedio  
predictis exorbitanciis graciose obviari causamque cleri appellacionis et nullitatis  
cum omnibus incidentibus et connexis, absolucione ad cautelam, citacione et cunctis  
aliis pro execucione cause et causarum neccessariis iudicibus sacri concilii committi.

---

36 manifestata: manifesta *b*      42 contingat: contingit *cde*.

---

<sup>7)</sup> Vgl. die Generalkongregation 1432 III 26; s.o. Nr. 112.

<sup>8)</sup> Zu diesen novae instrucciones s. Meuthen a.a.O. 134.

<sup>9)</sup> 1432 VII 6; s.o. Nr. 118 Anm. 1.

<sup>10)</sup> 1432 VII 1; s.o. Nr. 123.

<1432 Juli 14 ?>

Nr. 129

Cedula des Prokurators des Trierer Klerus <NvK> für das Konzil.

*Erw. und Auszug:* ROM, *Bibl. Vat.*, *Ottobon. lat.* 2745 f. 54<sup>r</sup> (in Nr. 137).

*Druck:* Meuthen, *Trierer Schisma* 134.

In quadam cedula forsán cum dicta supplicacione porrecta dicit:

Quod iudex scilicet dominus Herbipolensis excessit formam mandati. . . Quod primo debuisset processisse ad monicionem, deinde ad excommunicationem, deinde ad aggravacionem et post ad re-aggravacionem et postremo ad interdictum.

---

1432 Juli 14, Basel.

Nr. 130

*Konzilsprotokoll. NvK als Prokurator des Trierer Klerus.*

*Kop.:* PARIS, *Bibl. Nat.*, *lat.* 15623 (s.o. zu Nr. 102) f. 49<sup>v</sup>-51<sup>r</sup>.

*Druck:* CB II 168f.

*Erw.:* Meuthen, *Trierer Schisma* 126.

In deputacione pro communibus, presentibus dominis legato et Firmano . . . , super requesta porrecta per dominum N. decanum Confluencie pro et nomine cleri communis civitatis et diocesis Treuerensium<sup>1)</sup>, attento quod deputati sunt pro parte concilii mittendi ad contententes de ecclesia Treuerensi pro concordia<sup>2)</sup>, visum est dominis non esse expediens nunc deliberare super hac materia etc.

---

<sup>1)</sup> Nr. 128.

<sup>2)</sup> Vgl. Nr. 126 und Nr. 127.